Fragmentarium

eliguntur. mali proiciun-
tur foras: quia et
electus quisque in taber-
nacula eterna reci-
pitur: et iterum reg-
ni luce perdita. ad
exteriores tenebras
reprobi pertrahuntur.
Nunc enim bonos
malosque communiter quasi
permixtos pisces fi-
dei sagena nos con-
tinet: sed litus indi-
cat. sagena sancte eccle-
sie quod trahebat. Et
quidem pisces qui cap-
ti fuerint: mutari
non possunt. Nos autem
mali capimur: sed
in bonitate permu-
tamur. Cogitemus
igitur in captione:
ne diuidamur in
litore. **Lectio sexta.**
Ecce quam grata
nobis est ho-
dierna solempnitas:
ita ut se non modi-
co detrimento ad

dicat: si autem ex hoc
conuentu nostro de-
esse contingat. Quid
ergo in illa die ac-
turus est. qui a con-
spectu iudicis rapi-
tur. ab electorum soci-
etate separatur: qui
tenebrescat a lumine.
cruciatur etiam combus-
tione? Unde et hanc
eandem comparationem
dominus sub breuitate
aperuit: cum subiungit.
Sic erit in consumma-
cione seculi. Exibunt
angeli. et separa-
bunt malos de medi-
o iustorum: et mittent
eos in caminum ig-
nis. Ibi erit fletus
et stridor dencium.
Hoc iam fratres karissimi ti-
mendum est potius quam
exponendum. Aper-
ta etenim voce tormen-
ta peccatorum dicta
sunt: ne quis ad igno-
rancie sue excusa

License: public_domain – Leuven, KU Leuven Bibliotheken Bijzondere Collecties, Ms. 1279, fol. 248 v – Office lectionary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-r65k/7289/58833)